

Joanni Jacobo Masceonio

S. P. D.

Gottibius Sigefridus Bayer

Non putavi V. C. futurum esse, ut ad te Romae aut in Italiae aliqua urbe commorantem scriberem. Non quo existimarem, ^{me} qui ea in te sum pietate, officis erga te nullis teneri; aut te tanta humanitate virum hominis huius officia adspernaturum esse: Sed quod importuna scriptione, tanta in primis scribentium ad te amicorum frequentia, studiis tuis me ingerere non eram ausus. Sed tamen cum literas ad te ab illustri viro nostrumque amantissimo accepi, non potui eas ad te mittere, nisi de mea erga te observantia ita breviter scriberem, ut tuam in me voluntatem singula

ri et mirifica humanitate cognitam etiam sub alio
 coelo interque illas aeternae urbis et antiquae pie-
 tatis ruinas confirmarem. Ego hanc aestatem Lipsi-
 ae agere constitui, quod mihi negotium ordina-
 ndae bibliothecae MSS. orientalium et Goetzius de-
 dit. Ac quam vellem, ut te hic complecti aliquan-
 do, tuisque sermonibus et suauitate illa tua mi-
 rifica perfrui possim. De valetudine tua et ego & Go-
 bachijs et Lacrozeus solliciti sumus. Si quando ad Cl.
 Dumonium amicum meum scribes, facies rem et
 iucundam mihi et longe gratisimam, si animi ex-
 ja me tui significatione aliqua, aut, quod commo-
 do tuo fiat, literis etiam, meam de eo opinio-
 nem confirmaueris. Vale Lipsiae III. Non. Aprilis
 A. C. N. de 1700. xiii.